



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Capvt. CXXXII.

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

iram Dei fugere possibile non est. Sed si dimit-  
tam eos illic, morientur, & non videbo illos.  
Nesciens itaque quid agere deberem, dixi: Va-  
dam ad Abbatem Zachaum, & quod dixerit  
mihi hoc faciam. Perrexi igitur in sanctam Sion,  
illic enim semper morabatur, & non inueni eum.  
Veni autem in atrium sanctæ Mariæ Dei geni-  
tricis, & inueni illum stantem in angulo atrij,  
dixiq; illi de filijs meis. Cum ergo me audisset,  
ad Orientem conuersus est, & intendit in cælum  
quasi per horas duas nihil omnino loquens. Tūc  
verò conuersus ad me, dixit mihi: Confide, ac  
noli affligi. Filij tui non morientur in hac peste.  
Sed & post duos dies cessabit de Cæsarea morta-  
litas. Quod & factum est iuxta verbum senis. &  
ista quidem Procopius Scholasticus, vt dixi, enar-  
rauit nobis.

## CAPVT. CXXXII.

**A**bbas autem Cyprianus, cognomento  
Cuculas, cuius monasterium est extra por-  
tam Cæsarię, narrauit nobis, cum ad illum  
venissemus, dicens: Cum vastaret urbem istam  
fœua illa & horrenda mortalitas, inclusi mei-  
psum in cella mea, deprecans clementiam Do-  
mini, vt nostri miseretur, & auerteret imminē-  
tem iram. Venitq; mihi vox dicens: Abbas Zac-  
chæus accepit hanc gratiam.

*De Sancto monacho, qui Sarracenum venatorem  
per duos dies immobilem reddidit.*

## CAPVT. CXXXIII.

**N**arrauit: Sarracenus gentilis ex his qui in  
Clysmo morabantur, hæc nobis dicens: Cū  
Ec 3 abijf-